

RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN UNIVERSITATE LIPSIENSI.




Inventâ lege, inventam fuisse fraudem legis, exemplis edo&ti Legumlatores & Executores nunquam non fuerunt conquesti. Ea siquidem est mentis humanæ perversitas, ut, cum effrenis vinculis legum se videt constringi, & intra gyros obedientiæ cohiberi, nihil non vel ad perforandas, vel eludendas, vel Sycophantiâ quadam, à Philosopho Eth. l. 5. notatâ, interpretandas, vel declinandas easdem excogitet. Civibus Academicis, ne in Republicâ literaria viventes nesciant, quolibet semestri spacio inter alias leges etiam istæ, quod ab armis abstinere, & vexationibus eorum, qui recens in Academiam ingressi sunt, sibi temperare debeant, præleguntur. Quam parùm isti stimuli in animis subditorum per annos benè multos effecerint, non sine gemitu recordari possumus. Armorum gestatio tam frequens fuit, ut non Nobilibus duntaxat & summo loco natis, sed & plebeis cum fortunâ suâ colluctantibus usurpam viderimus. A militibus inde tractantes studia humaniora, & corporis Ecclesiastici membra discerni vix ac ne vix quidem potuerunt. Accessit paucis retrò annis legis posterioris hæc elusio, ut etiam recentioribus Neophytos alios, modo mensis unius, aut alterius spacio ingressum eorum in Academiam antevertissent, vexandi & axagitandi potestas à Veteranis facta fuerit: Cumque his malis etiam remedia quæ siverimus, ad cumulum inobedienciæ tandem alia legum nostrarum elusio accessit, quod Nobiles, vel aliàs in re luculentiores constituti non amplius famulos, literis operam navantes, & proinde jurisdictionem Academicam agnoscentes, aut pueros pubertatis annos nondum egressos, vel circa interliminium constitutos, sed Ministros ex Martis potius, quàm artis Scholâ productos, Strategos, non gladiis duntaxat, sed & sclopetis, si ferat voluptas, instructos (quos *Reisige Knechte* vocant) nulli jurisdictioni nec Academicæ, nec oppidanæ subjectos, & proinde ad patranda Dominorum jussa tantò audaciores, & post patrata fugitivos sibi adjungant. Ex hoc fonte quoniam rivi malorum profluant, & profluere deinceps possint, velut ex speculâ prævidere nobis non est difficile. Hoc nimirum agitur, ut quod Domini non audent, vel sibi dedecori ducunt, per ejusmodi Ministros, perfri&ctæ frontis homines, exequantur. Obtunduntur aures nostræ querelis, Martiales ejusmodi passim in foro & compitis volitare, verbis & verberibus ad nutum Dominorum suorum alios laceffere, pileos cum junioribus permutare, per nocturnam quietem civium ædes invadere, fenestras & fores lapidibus quatere, quin & ipsos inquilinos ad necem usque vulneribus afficere, cujus audaciæ nuperrimum documentum extat, nihilque non hoc tergo subsidiario nixos in alios sibi sumere. Cædibus igitur & piaculis Universæ provinciæ per ejusmodi servos armatos, eorumque licentiam portas aperiri & occasionem suggeri, quis ambiget, aut ibit inficias?

Cum verò principiis obstandum, ne latius serpat malum, & contagione quadam plures Academiæ cives (ut *κακοζυνδία* etiam inter impares admodum frequens est) inficiantur, de remediis opponendis sollicitos nos esse oportuit. Inter alias leges hanc etiam sciatis, cives Academici, quod famulos vestros & ipsos membra corporis hujus Universitatis, & bonis literis addictos, juratos, in Matriculam Academiæ receptos, & juxta Vos jurisdictioni Magistratûs Academici subjectos esse oporteat. Artem & Martem, virtutem togatam & sagatam, literas & arma suis esse distincta limitibus nostis omnes, & eventus tristes quemlibet salutis suæ non prodigum ab inceptis ejusmodi detertere possent. Quare si vel Nobiles, vel inferiore loco nati quicumq; studiorum gratiâ nobiscum viventes huic sanctioni contravenerint, in illos severam nostram animadversionem locum habituram sciant. Minister autem ejusmodi deprehensus, qui nomine suo subscriptum signetum Rectoris exhibere nequeat, ex universitatis hujus corpore tanquam membrum *εγχεσιον* & carcinoma noxium abscindetur, nec non Magistratui Oppidano castigandus tradetur. P. P. Augusti Anno æræ Christianæ M DG LIII.

62





RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN UNIVERSITATE LIPSIENSI.



Inventâ lege, inventam fuisse fraudem legis, exemplis e-
docti Legumlatôres & Executores nunquam non fuerunt conquesti. Ea siquidem est



Academiam i
rum per anno
fuit, ut non
tam viderim

intra
phantiâ
cogiter.
i spacio
ens in
ubdito
requens
ufurpa
erni vix

ac ne vix quidem potuerunt. Accellit paucis retrô annis legis posterioris hæc elulio, ut etiam recentioribus Neophytos alios, modo mensis unius, aut alterius spacio ingressum eorum in Academiam antevertissent, vexandi & axagitandi potestas à Veteranis facta fuerit: Cumque his malis etiam remedia quæsi verimus, ad cumulum inobedienciæ tandem alia legum nostrarum elusio accessit, quòd Nobiles, vel aliàs in reluculentioribus constituti non amplius famulos, literis operam navantes, & proinde jurisdictionem Academicam agnoscen- tes, aut pueros pubertatis annos nondum egressos, vel circa interliminium constitutos, sed Ministros ex Mar- tis potius, quàm artis Scholâ productos, Strategos, non gladiis duntaxat, sed & sclopetis, si ferat voluptas, in- structos (quos *Reisige Knechte* vocant) nulli jurisdictioni nec Academicæ, nec oppidanæ subjectos, & proinde ad patranda Dominorum jussa tantò audaciores, & post patrata fugitivos sibi adjungant. Ex hoc fonte qui- nam rivi maiorum profluant, & profluere deinceps possint, velut ex speculâ prævidere nobis non est difficile. Hoc nimirum agitur, ut quod Domini non audent, vel sibi dedecori ducunt, per ejusmodi Ministros, perfri- ctæ frontis homines, exequantur. Obtunduntur aures nostræ querelis, Martiales ejusmodi passim in foro & compitis volitare, verbis & verberibus ad nutum Dominorum suorum alios laceffere, pileos cum junioribus permutare, per nocturnam quietem civium ædes invadere, fenestras & fores lapidibus quatere, quin & ipsos inquilinos ad necem usque vulneribus afficere, cujus audaciæ nuperrimum documentum extat, nihilque non hoc tergo subsidiario nixos in alios sibi sumere. Cædibus igitur & piaculis Universæ provinciæ per ejusmodi servos armatos, eorumque licentiam portas aperiri & occasionem suggeri, quis ambiget, aut ibit inficias?

Cum verò principiis obstandum, ne latius serpat malum, & contagione quadam plures Academicæ cives (ut *κακοζηνία* etiam inter impares admodum frequens est) inficiantur, de remediis opponendis sollicitos nos esse oportuit. Inter alias leges hanc etiam sciatis, cives Academici, quod famulos vestros & ipsos membra corpo- ris hujus Universitatis, & bonis literis addictos, juratos, in Matriculam Academicæ receptos, & juxta Vos ju- risdictioni Magistratûs Academici subjectos esse oporteat. Artem & Martem, virtutem togatam & sagatam, literas & arma suis esse distincta limitibus nostis omnes, & eventus tristes quemlibet salutis suæ non prodigum ab inceptis ejusmodi deterrere possent. Quare si vel Nobiles, vel inferiore loco nati quicumq; studiorum gratiâ nobiscum viventes huic sanctioni contravenerint, in illos severam nostram animadversionem locum habitu- ram sciant. Minister autem ejusmodi deprehensus, qui nomine suo subscriptum signetum Rectoris exhibere nequeat, ex universitatis hujus corpore tanquam membrum *εὐχρησίων* & carcinoma noxium abscindetur, nec non Magistratui Oppidano castigandus tradetur. P. P. Augusti Anno æræ Christianæ M DC LIII.

62

